

in via tractabatur. Tractatio autem, & contentio non est vnus ad se ipsum, sed vnus ad alterum, ac proinde plures denotat.

15. Idem Abulensis citato loco refert quorundam sententiam, asserentium, hanc contentionem, & interrogationem factam fuisse a solo Iuda, vtpote nequissimo. Et pro hac sententia videtur stare D. Cyrillus, ad eodem Abulensi citatus, qui ait: Passio inanis gloria inuastit quemdam Discipulorum. Et sic saepe contingit, quod ille, qui deterior est, se probiorem, ac ceteris meliorem iudicat, ac reputat.

16. Narrans Ioannes Euangelista, quomodo Christus Dominus suorum Discipulorum pedes abluit, dicit: Venit ergo ad Simonem Petrum, cap. 13, num. 6. Hic modus loquendi denotat, quod alius prior lotus fuerit. Sed quis ausus est ante Petrum in peluuium pedem mittere? D. Chrysostr. Euthymius, Theophylactus, opinantur, quod Iuda pedes, prius abluti sint. Cur ergo ille ante Petrum, ac alios Apostolos ad huiusmodi lauacrum venit? cum ille esset valde nequissimus, sua praesumptione deceptus, audenter sibi primum occupat locum.

17. Iuxta aliquorum lectionem, dicitur in parabola Iudic. 9. num. 8. Luerunt ligna sylua, vt vngerent sibi regem. Quanam conueniunt, vt ex ipsismet ipsis regem? Eleganter Nilus in Ascetico. Nec enim, inquit, paradisi, sed sylua ligna rectoris indigere, dixit similitudo. In paradiso extabant optima, & excellentissima arbores; valde celebris vitae arbor, & etiam non minus praecleara scientiae planta; & tamen haec in suo loco defixae manent, nilque de principatu curant. Arbores vero, seu deserti, inutiles, & infructiferae maxime pro regno contendunt. Sic res se habet, vt inferior meritis principatum procurerit; imo sibi esse debitum, contentanter autemet.

QUESTIO IV.

Quare Apostoli hanc questionem de principatu excitant, & mouent?

18. AVSAM, ac originem huius contentionis, ac interrogationis questio haec inquirat: In qua multi sunt dicendi modi, & quilibet sua habet probabilitatem. Primus Ianfenius ait, causam disputationis fuisse ipsam mortem, & resurrectionis praedictionem. Christus enim, antequam veniret Capharnaum, mortem, & resurrectionem suam Discipulis praedixit, vt patet ex Matth. supra cap. 17. num. 21. & Marc. 9. num. 30. Et statim immediate sequitur, quod cum ipsi venissent Capharnaum, ac essent domi, Interrogabat eos: Quid in via tractabatur? Post ergo praedictionem mortis in via de primatu inter se disceptauerunt. Cum enim morituum audissent; quarere ceperunt, quis post eius mortem inter eos principatum habiturus esset; sicque, cum Christus de sua morte ageret Matth. 20. n. 18. & 19. statim subdit Euangelista num. 20. quod accesserit Mater filiorum Zebedaei filiis primas sedes in regno Christi petens. Sicque in vltima cena, cum Christus Dominus suis Discipulis aperuisset suam imminem mortem, & passionem, facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Luc. 22. num. 24. Tunc oritur haec questio, quando praeposita passione Domini omnia videbantur contemnenda. Valde

familia est humano ingenio, velle scire, quifnam, mortuo principe, regiminis clauum sit habiturus.

Secundo Theophylactus in cap. 9. Lucae ad haec verba: Intravit in eos cogitatio: sic ait. Mihi videtur ortum id inter illos, eo quod danoniacum non sanarint. Verisimile enim, quod super hoc contenderint, dicentibus singulis, quod non propter suam, sed alterius cuiusdam infirmitatem, puer ille sanatus non fuerit: & inde accensa lis est, quis eorum maior esset. Haec contentio, ac interrogatio orta est propter curationem arreptitij, quem Discipuli curare non valuerunt, quod propter suam incredulitatem factum fuerat, vt illis dixit Christus; patet supra Matth. 17. num. 19. Tunc ipsi gradientes per viam, quilibet in alterum incredulitatis culpam refundere volebat, quibusdam dicentibus, non hoc euenit propter incredulitatem meam, sed tuam culpam; & aliis e contra asserentibus: inde ventum est ad hoc, vt contenderent de maiestate, ac vt in hanc interrogationem proponendam procederent. Vide tom. 3. cap. 27. num. 55.

Tertio Abulensis quaest. 7. existimat, quod tota haec disputatio, ac interrogatio facta fuerit propter Petrum, quem Christus inter ceteros maxime honorauerit, cum eum beatum appellasset. Matth. 16. num. 19. Quarto Beda ait: Inde autem videtur orta disputatio Discipulorum de primatu, quia viderant, Petrum, Iacobum, & Ioannem scortum ductos in montem; secretumque eis aliquod esse creditum. Valde dure ferunt homines, quod in negotiis, ac secretis committendis alij eis praeferrantur.

Quinto E contra D. Chrysostr. homil. 59. cum existimet, quod huius contentionis, ac interrogationis flamma excitata fuerit in cordibus Discipulorum: eo quod vnum, scilicet Petrum, viderint in redditione tributi cunctis praepositum, de quo s. sequenti; sic subdit: Quando tres illos praeferrere conspexerunt, nihil tale passi sunt: cum vero ad vnum delatus honor est, tunc nimirum doluerunt. Multoties Petrus, Iacobus, & Ioannes ceteris praepositi sunt; nec tamen in hanc questionem deuenerunt, sicut modò, quando in redditione tributi Petrus ceteris est praepositus: quia valde durum communitati, quod totus fauor, ac honor in vno coarctetur; secus vero, quando ad plures stagnatur, tunc enim quilibet de sua bona spe bene praesumit. Vnde Christus Dominus instituit, vt in Oratione Dominica non diceretur, Pater meus, sed Pater noster qui es in caelis. Matth. 6. num. 9. Vt ita vnusquisque sciret, Deum esse patrem suum, vt simul & cognoscat, esse aliorum parentem, ac proinde a tanto parente, si quilibet recte se habeat, multum speret.

Sexto D. Hieronymus ait, huius disputationis causam fuisse, quia idem tributum pro Christo, & Petro persolutum fuerat, sic inquit: Quia viderant Apostoli pro Petro, & Domino idem tributum redditum, ex aequalitate pretij arbitrati sunt, Petrum omnibus Apostolis esse praelatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus. Ideo interrogant, quis maior sit in regno caelorum. Idem docent Origenes tract. 5. in Matth. D. Paschasius lib. 8. in Matth. Theophylactus, Albertus Magnus, D. Thomas, Carthusianus, & alij. Qui Patres intelligendi sunt de proxima causa huius questionis, ac interrogationis, nam de hac questione Apostoli semper tractarunt, vt recte notat Chrysostr. homil. 59. & etiam in via, cum peterent Caphar

19. Theophyl.

Quilibet in alterum vult refundere culpam.

20. Abulens.

Matth. 16. Beda. Dure ferunt quidam homines, quod secreta alia, non ipsis committantur.

21. Chrysostr.

Honor vni collatus, aliorum communitati; secus si in multos diuidatur.

Matth. 6.

22. Hieronym.

Origenes. Paschas. Theophyl. Alb. Magnus. D. Thom. Carthul.

Capharnaum Marc. 9. n. 31. In qua domi mandatum est, pendere tributum. Ex ad has questionem radix pullulauit forsitan ex promissione clauum facta Petro; assumptione eius in montem Thabor; & frequenti cum eo Christi colloquio. Hic autem in praesenti agimus de proxima origine huius questionis, & interrogationis, quod pro Christo, & Petro idem stater sit solutus. Quod recte notauit Chrysostr. citato loco. Humanum quid, ait, passi Discipuli, quod Euangelista quoque significauit, dicens: In illa hora, quando scilicet ceteris omnibus Petrum praetulit, &c. Ac proinde cum eum praelatum viderunt, doluerunt; ac adeo quilibet pro se cepit esse sollicitus, vt inter primos promoueretur.

Chrysostr.

23.

Valde mirum, quod Apostoli, qui nimio honore fulgebant, quique principes, ac rectores mundicreati sunt, adhuc non quiescunt, sed nimis auide inter se magno conatu contendunt, & disputant, quis eorum esset maior, cuique primatus esset deferendus. O misera humana conditio, vt nullo sibi sufficiat, sed semper ad maiora deuorandum, indomita cupiditate rapiatur homo. Sanctus Clemens Romanus lib. 4. Recognition. Sicut ignis, ait, quantum magis ligna acceperit, tanto amplius accenditur, & inualefcit: ita & cupiditatis rabies per ea, quae adipsiatur, reficitur, & auclior, & vehementior efficitur.

Ambitio humana nulla dignitate quiescit, sed alius querit. Clemens.

24. Genes. 10.

De nepotibus Iaphet ait Sacer textus: Ab his diuise sunt insulae gentium in regionibus suis. Gen. 10. num. 5. Pauci homines tunc degebant in orbe, nepotes nempe, & pronepotes Noe, qui ad totum orbem occupandum rari, & pauci erant. Cur ergo, vt inhabitent, alto procelloso mari se committunt? Ad quid tot, & tantis periculis se exponunt, naues conficiunt, nauticam artem inuestigant, mare transnauigant, vt insulas inhabitent? Ad quid tantis laboribus fatigantur, cum omnes vnus terrae angulus caperet. Iam tunc in exordio orbis humana ambitio depingebatur. Quamuis enim spatiosissimam, ac latam terram in continenti haberent, quam vnquam rari imperatores sub ditione sua obtinuerunt; tamen eam non sat esse sibi arbitrati sunt, sed vltimus, contemptis omnibus periculis marinas aquas progressi nouas terras scrutantur, & quarunt, ac si totus orbis pro eorum ambitione illis esset angustus. D. Chrysostr. homil. 30. in Genes. Vide, ait, quomodo humanum genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius concupiscens, maiora supra se appetit, argue hoc est, quod humanum genus possit vnquam perdit, quia non vult naturae suae mensuram agnoscere, sed semper maiora desiderat.

Chrysostr.

25.

Exod. 1.

Cum Israel premeretur sub seruitute Pharaonis, praefectura praesides ad amaritudinem producebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris. Exod. 1. num. 14. Maxime expendendum, cur huiusmodi opera luti, & lateris dicantur dura: si Israel incumberet in excavandis marmoribus, vel ferro contundendo, aut fabricanda ex aere aliqua machina, non mirum, quod diceretur duro opere grauari. At quomodo durum opus, cum Israel sit addictus luteis lateribus, qui conficiuntur ex materia valde molli, & languida, infula aqua, & adhibita quadam lignea forma, quae, cum vno luto impletur, non sic permittitur esse, sed protinus illo euacuatur, vt alio impleatur? Merito sane durum opus nuncupatur: adumbrabatur ibi dura, ac insatiabilis humana conditio, quae veluti illa lignea forma lutei lateris, cum vno diuitiarum, seu honorum huius saeculi luto impingatur, sta-

Humana conditio temporalium suorum praemium.

tim illo videatur, in arca, vel thesauro recondens, seu in fastidium vertens, & omni affectu aliud, & aliud procurat, vt nunquam vilo bonorum huius saeculi luto quiescat, sed veluti laterum forma in perpetuo motu versatur, vt & euacuari, & impleti semper possit. D. Gregor. Nyssenus lib. de vita Moysis: Quemadmodum, ait, laterum flector aliud, atque aliud lutum forma, quae lateres figurat, imponit adeo vt forma semper, & vacua luti semper dici possit; sic apperendi vis; si quis eam his terrenis cupiditatibus replere studeat, si quod in dies capiat, assequatur, eoque se repleat, vacua tamen semper est, cum ea, quae habuit, respuit, & in aliud continue feratur, nec finis miserimi ardoris esse potest. Et quid magis durum, quam nunquam quiescere, sed perpetua siti, ac fame vexari?

Diuitia fastidium vertunt.

Hysenus.

QUESTIO V.

Quare cum in Petro multa excellentiae effulgerent, de eius principatu dolent, & dubitant Discipuli?

ENIAT, & Primò D. Hieronymus. Quia viderant, scilicet Discipuli, pro Petro, & Domino idem tributum reddidit: ex aequalitate pretij arbitrati sunt Petrum omnibus esse praelatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus; ideo interrogant, quis maior sit regno caelorum. Quid magis consideratione dignum, quam, cum Petrus ab ore Christi beatus nuncupatur: Beatus es Simon. Bar - Iona: Clauisque regni ei dantur; supremusque pontificatus illi promittitur Matth. 16. n. 18. proindeque omnium pastor, & rector creatur; nullus inuidet, sed omnes conuiescunt, & applaudunt; hic vero dolent, quia in redditione tributi Domino fuerat comparatus. Et ex inuidia Humanum quid, vt ait Chrysostr. passi sunt. Apud patres Caesareae manifestata est inignis Petri confessio. Tu es Christus filius Dei viui. At vero modò in Capharnaum nil peculiare viderunt Discipuli in Petro, & inde pro tanto honore, quod in solutione tributi cum Domino esset comparatus, alij Discipuli plurimum dolent. Cum meritum illustre clarè fulget, inuidia malum dissipatur; quod tunc maxime conglomeratur, cum praecleara absconditur virtus. Vide tom. 3. cap. 29. num. 89.

26. Hieron.

Matth. 16.

Chrysostr.

Si meritum fulget, inuidia dissipatur.

27. Chrysostr.

Secundo D. Chrysostr. saepe citatus. Da illis pro me, & te. Vidisti, ait, honoris excellentiam? Et subdit: Humanum quid passi sunt Discipuli, quod Euangelista quoque significat dicens, In illa hora, quando scilicet ceteris omnibus Petrum praetulit. Discipuli inuidet Petro, quod pro se, & Domino tributum pendere iubeatur. Immunitas a tributo plebi communiter est inuidiae ansa. At quis vnquam alicuius habuit inuidiam, quod vectigalis sit, & obnoxius tributo, hoc enim feruile est opus, & subiectionis nota? Non dolent Discipuli, cum audiunt, Petrum vocari beatum; & vident ad Thaboris mortem assumi; ipsi tamen inuidet tributa pendenti? Perpende. Dixerat Christus Petro: Da illis pro me, & te. Bene agnouerunt Discipuli, nobilissimum existere, vectigalem esse cum Christo, quam liberum a tributo cum regibus, ac principibus; cum enim viderent, Petrum ab humili subiectione cum Iesu non fugere, sed libentissime illi submitti, inde eius celsitudinem, ac principatum optime auspicantur.

Humilissimus cum Christo, magna celsitudo.

Tertio.

28.

Tertio. In tanta aestimatione habebatur Petrus apud omnes, ut abiectionis characterem ipse decoraverit. Et cum apud homines, obnoxium tributis esse, quid vilissimum reputaretur; id tamen in Petro adeo excellens diiudicatur, vt & ceteri ipsam tributi expensam humilitatem illi inuideant, iuxta citatum Chrysostomum. Facilius sibi persuaderent Discipuli, vestigial rependere, esse quid excelsum, & illustre, quam in Petro quid vile, & abiectum considerari. Sic Petrus in tanta opinione precellerat, vt illius exiguitates, ac minoritates tanquam illustrissimae notae ab aliis opinarentur. Non dissimile est, quod dixit D. Nazarius de suo Basilio. *Tanta enim Basilii virtus, gloria, praestantia fuit, vt multa etiam ex parvis illius virtutibus, atque adeo corporis defectibus ab aliis ad gloriam, nominisq; claritatem parandam excogitatis sint.*

Petri exiguitates pro magna re ab aliis reputantur. Nazarius.

29.

Chryso.

Quarto. Idem Chrysostomus citato loco post praefata verba. *Quamvis non ex hac re solum, quod scilicet Petrus esset assumptus ad Thabor, sed ex aliis quoque multis inflammatis fuerit: tunc quia dixit illi, Dabo tibi claves regni caelorum: tunc quia, Beatus es Simon Bar-Iona: tunc etiam hic, Da eis pro me, & te: tunc denique quia liberius cum Christo colloqui conspiciant.* Ex tot, tantisque fauoribus in Petrum cumulatam Discipuli aemulationis flamma adurebantur, quod corde premere non valentes, interrogatione depromunt, *Quis maior est in regno caelorum.* Qui enim plurimis Domini fauoribus repletur; consequens est, vt reliquorum inuidiam patiat. *Inflammatis fuerit, quia liberius eum multo Christo colloqui conspiciant.*

Fauoribus sublimatus inuidia expostus.

30.

Nulla euidetia sibi persuadet homo, quod alius eum praecellat.

Quinto. Gratiarum multitudo Petro concessa omnibus erat manifesta, & a Christo coram omnibus ei dictum: *Tibi dabo claves regni caelorum:* quod erat, eum Pontificem, ac principem suae Ecclesiae creati. Quomodo ergo dubitant Discipuli, vt quaerunt, *Quis maior est in regno caelorum?* cum res tam aperta esset pro Petro? Nulla euidetia potest homo sibi persuadere, quod alius meritis, ac donis eum praecellat, ac sibi praeponeatur, sed semper rationes excogitat, vt rem in dubium, ac quaestionem reuocet.

31.

Matth. 16.

Homines, non ad virtutes, sed ad defectum attendunt, vt se iudicent.

Sexto. Viderant Discipuli: Petro claves regni caelorum esse promissas. Tibi dabo claves regni caelorum, proindeque totius orbis supremum caput, ac Pontificem creati. Quo ergo motuo, dubitant, & quaerunt: *Quis sit maior?* Cum iam maioratus ipse in Ecclesia a Christo sit delatus Petro? Hoc optime sciebant Discipuli; viderant tamen, quod Christus Petrum aliquando Satanam, ac scandalum nuncupasset: *Vade post me, Satana, scandalum es mihi,* Matth. 16. num. 23. Discipuli hac in re quid humanum passus sunt, non respicientes ad praecelata Petri merita, sed eius ad ignorantiam, ob quam in tantam censuram incurrit; inde de primatu dubitant, & quaerunt, *Quis maior sit?* Humanum sane ingenium, quod quamuis quis luce meridiana clarius tua merita; tuaque dona, ac praecellentias videat; tamen si aliquando tui aliquem defectum, vel quid minus decens audiuit, vel agnouit, illud ei peculiariter semper ante oculos obuerfatur, vt ex eius naevo velit omnia tua illustria facta denigrare, exindeque omnia tua appendere, & diiudicare, ad huiusmodi defectum attendens, magnalia omnia praetermitens. *Tortus oculus facilius umbram, quam lucem percipit,* vt habet Lipsius lib. 1. de Monitio. Politic. Vniuersis suis sodalibus ait Anima Sancta: *No-*

Lipsius.

32.

*lite me considerare, quod fusca sum, quia decolorauit me Sol.* Cantic. 1. num. 5. Tota nix verat Sponsa, ne homines attendant ad eius obfuscationem, ac denigredinem, neve de illa obmurmurent. Cur non potius omnes conuocet, vt eius eximiam contemplantur pulchritudinem, quam maximè Sponsus toto Cantico cap. 7. laudat, & decantat. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis: iunctura femorum tuorum sicut mollia: umbilicus tuus crater tornatilis: venter tuus sicut aceruus tritici: duo vbera tua sicut duo himmi: collum tuum sicut turris eburnea: caput tuum vt Carmelus, &c. Labia tua sicut vitra coccinea.* Hac tanta pulchritudine omifsa, solum admonet, ne eius denigredinem aspiciant, illamve admirentur; imò eius reddit rationem, *Quia decolorauit me Sol.* Agnoscebat Sponsa, se cum hominibus agere, qui nesciunt ad virtutem, & decorem attendere, sed tantum vitium, & defectum meditari. Ideo tam sollicita est, vt intercludat, ne eius denigredinem intueantur, sed illius teneant notam originem D. Bernardus ferm. 24. in Cant. *Cum ubique pene, ait, in choro adolescentiarum tales inueniam, quae a Sponsa curiose obseruent, derogandi non imitandi causa. Torquetur in bonis, malis pascuntur.* Perpende, quantum distat humana conditio à diuina. Christus considerat in Sancta Anima eius venustatem, & decorem; homines verò ad maculas permeditandas aduolant. Vnde Sponsa admonitione, ac ratione eorum intuitum à se arceat. *Nolite me considerare, quod fusca sum, quia decolorauit me Sol.*

Canticor. 1.

Canticor. 7.

Bernard.

Homines solum attendunt ad defectus. Deum verò ad virtutes.

33.

Iob. 1.

Origenes.

3. Reg. 8.

Homines, vt obmurmurent, saepe de corde, ac intentione opinantur.

Cum exercitus Angelorum Domino suo affiterent, apparuit etiam inter eos Satan. *Quadam die cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.* Iob. 1. num. 6. Qui à Domino requisitus vnde venisset, ait: *Circuui terram. Quod explicans Origenes homil. 1. Iob. inquit: Circuui circuionibus iniquitatis, & speculans transitu subito, quid tractetur in animis.* Suo iactantia gloriati mentitur Satan: ipse enim mipime penetrat, quae in intimo animi sunt; nam hoc soli diuino intuitu est apertum. *Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum,* 3. Regum 8. num. 39. Quomodo ergo audeat dicere, quod circuit speculans, quid tractetur in animis? Disponebat inimicus Iobi virtutem corrodere. *Tange cuncta, quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.* Cum autem Iobi vita esset sanctissima, & vndique inculpabilis, itavit in his, quae apparebant, nulla esset calumniae ansa; de corde, ac intentione opinari, ac fabulari inimicus intentat, vt inde Patriarchae virtutem maligno tribus mordeat. O quanti sunt, qui hoc diaboli ingenium ebibunt, qui cum in aliorum proba, & recta vita non habeant, quid atrodant, de corde, ac intentione pensitant, vt inde detrahant, ac suae maledicentiae venenum diffundant.

QUESTIO VI.

Quare Discipuli non dicunt, Quem vis esse maiorem; sed, Quem putas maiorem esse?

NON dicunt Discipuli, quem vis, Domine, esse maiorem; sed quem putas, seu iudicas esse maiorem; & multa sanè prudentia: quamuis enim ambitione essent adusti, ac affectu commoti; tamen

34.

QUESTIO VII.

Quid hic Regnum caelorum denotet?

COMMUNE dubium, Quid hic significet regnum caelorum, de quo discipuli in praesenti loquuntur? Abulensis q. 9. Maldonat. opinatur, sumi hic pro Ecclesia militante; quia videbant, Petrum in omnibus rebus praeferti; ac proinde cogitauerunt, omnium futurum esse caput in Ecclesia. Secundò alij, quod verissimile iudicat Barradas, regnum caelorum in praesenti interpretantur regnum Messiae, quod temporale fore arbitrantur Discipuli. Ideo Mater Iacobi, & Ioannis inquit: *Dic, vt sedeant hi duo filij mei, &c. in regno tuo,* Matth. 20. n. 21. Et est sensus: *Qui maior erit in regno tuo, quod in terris erit post Resurrectionem?* Tertio Interlinealis pro collegio Iustorum accipit. Quarto Origenes, D. Chrysostomus, D. Hieron. D. Paschas. Euthym. Albertus Magnus, D. Thomas pro caelestis Patriae regno sumunt.

37.

Abulens. Maldonat.

Barradas.

Matth. 20. Interlin. Origenes. Chryso. Hieron. Paschas. Euthym. Alb. Magnus. D. Thom.

38.

Liran. Carhus. Caietan.

Quinto. Liran. Carhus. Caiet. & alij regnum caelorum dicunt significare, tam militantem, quam triumphantem Ecclesiam. Hac sententia mihi est probabilior. Ecclesia militans in terris tendit ad Ecclesiam triumphantem in caelis, vt ad regnum sibi à Christo promissum. Probatur primò, quia Christus interrogati Discipulorum respondens, de regno caelestis Patriae instituit ferm. n. 3. *Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum.* Ergo ipsum regnum Patriae in interrogazione inuoluebatur. Secundò quia Discipuli de primatu in terris constituto pertractabant, quia viderant, Petro claves Ecclesiae militantis esse promissas. Et, vt scribit D. Marcus, & Lucas, Discipuli disputabant, & cogitabant, *Quis eorum esset maior?* non quis futurus esset maior; sed quis iam esset in praesenti. Quia tamen praereuerentia non sunt ausi, talem suam contentionem, & ambitionem notatam, Magistro exponere; quandam quaestionem generalem, vtrumque regnum inuoluentem, ei proponunt, vt solent facere illi, qui aliquem defectum suum obtegere intendunt, valde enim in genere, ac in communi loquuntur.

39.

Chryso.

Peracutè D. Chryso. homil. 59. premit verbum *Regnum caelorum* intelligens pro caelesti Patria. Sic ait: *Non solummodo crimen considera, sed illud quod tunc tecum veritè, quod nulla eis de rebus huius saeculi quaestio est. Nos autem neque ad hos defectus eorum deuenire possumus, nec quis futurus sit maior in regno caelorum, sed quis in terris maior sit, quis diuor, quis potentior, quarimus.* Errant, cum contendunt Discipuli, quis maior sit: tamen non erat eis concertatio de aliquo imperio, sed de caelesti aeternae Patriae regno, vt interpretatur Chrysostomus, etiam cum errant Christi scholae alumni, nil mundiale sibi praeponeunt, sed tantum ad diuina sunt intenti; nos verò pro nostra miseria ad eorum defectus deuenire non possumus, cum in nobis nulla sit consideratio de caelesti regno, sed solum, quis in terris diuor, vel potentior sit.

Discipuli, etiam cum errant, nil mundiale quarunt.

Caietanus. Discipuli, ait, huius erubescens loqui de primatu inter se, inde stimulante passione, mutant, seu honestant quaestionem, & non quarunt; quis est maximus inter nos, sed in regno caelorum. Ab affectu dominandi orta est huiusmodi contentio, quam teste Hieronymo, vt refert Abulensis q. 8. verecundati sunt Discipuli coram humili Magistro passionem suam profiteri. Haec autem nota

40.

Caietan. Abulens. Vir Apostolicus de avaritione verecundatur.

R.

Cum ad disponenda non ex amore, sed ex rationis iudicio.

35. Genes. 3.

Rabanus.

Scrabus. A Deo dantur dona, non affectu, sed ratione merita appendente.

36. Apocal. 4.

Apocal. 5.

Cornell.

Cesaricenf. Aureol. Loca conferuntur, iudicio merita discutient.

Andr. Cesar.

Ansbertus. Platan. 1. 21.

tamen in promotione ad officia, non aliqua beneuolentia inclinatur, sed rationis impulsu diriguntur, & non qualicumque iudicio feruntur, sed diuinum dictamen explorant: non enim dicunt Christo Domino in cuius voluntate omnia esse posita agnoscebant, Quem vis esse maiorem, sed Quem putas, seu iudicas maiorem esse? Valde eis perperetum erat quod Christus Dominus non puro affectu, sed alto rationis pondere cuncta faciebat, ac disponebat, donaque sua proximè, & immediatè secundum merita imperiebatur.

Expulso homine de augustissimo felicitatis loco, Deus collocavit ante Paradysum voluptatis Cherubim, & flammam gladium, atq; versatilem ad custodiendum viam Ligni vitae. Genes. 3. n. 24. Res haec summi ponderis erat, tunc enim prima poena infligebatur homini, tuncque primò Paradysus gladio custodiebatur, ac ingressus ad Lignum vitae pracludebatur. Cur ergo hoc negotium Seraphino non committitur, cum sit natura, ac conditione superior, sed Cherubino, qui ordine est inferior? Seraphim amoris zelum denotat; Cherubim vero scientia magistrum; indeque ad huiusmodi custodiam eligitur. Rabanus. *Cherubim, ait, scientia multitudo, seu scientia multiplex interpretatur; bene Cherubim collocatus esse perhibetur, quia nimirum per disciplinam nobis scientiam caelestis veditus ad supernam patriam parat.* Cum gladio versatili statuitur Angelus in ingressu Paradisi, vt peccantes repellat; Iustis verò viam aperiat; quod erga Enoch, & Eliam, teste Strabo, factum est. Et non ponitur Seraphim, sed Cherubim, vt innuat, quod huiusmodi via, non ex amoris affectu, sed ex profundo iudicij, ac rationis dictamine immediatè conceditur. Ideo huiusmodi negotium dispensatur, non per Seraphim, in quo beneuolentia impulsus deponatur, sed per Cherubim, in quo est plenitudo scientiae, qua vniuersiisque merita librantur.

In supremo folio suae maiestatis apparet Deus in Apocal. cap. 4. num. 3. *Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, & circumnacti vestimentis albis, & in capitis eorum corone aurea.* Deus autem in eorum medio residens tenet in manu librum, vt ipse Ioannes explicat cap. 4. num. 1. *Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum.* Cur quando Deo assistunt vicini seniores sedentes super thronos vestiti vestimentis albis ob suum eximium fulgorem, vt notat Cornelius, habentes coronas in capite, Deus in sublimi sede residet tenens librum in manu. Ad quid liber ille? Andreas Caesaricenfis, ac Aureolus autumant, quod in illo libro descripta erant opera, ac facta omnium hominum. Ideo quando seniores in tam nobili loco cum purpura, ac corona assistunt Deo proximi, hic liber in manu tenentur; vt fiat apertum, quod senes ad tantum apicem euehuntur, non ex aliquo affectu, sed ex recto iudicio, illorum discutiente facta, & merita, quae in illo libro videbantur, ac aperte legebantur. Andreas Caesaricenfis. *Per hos seniores, ait, accipiuntur viginti quatuor, qui actione, & cognitione praeceteris excelluerunt.* Ansbertus inquit; *Quis cum Domino sedent, sedes eius esse, cum quo sedent, sicut scriptum est: Illic sederunt sedes in iudicio.* Psalm. 121. n. 3. Vide multa tom. 1. 2. ac 3. verb. Ratio, vel Meritum.

Sylmeira in Euang. Tom. IV.